et fratres cum plenosiure hac ulla contradictione ab omni successoris prius devolui de-
bent et devolventur. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Kobylenski **Superreceptio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ pfti Comparens Nobilis Albertus olim Joannis Kobylensky de Kobylino Pieniąszky filius Sanus mente et Corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia apud Nobiles Martinum et Laurentium filios olim Stanislai Kobylensky ad priorem obligationem bonorum immobilium in haereditate Kobylino Pieniąszky sitis per se recognoscens eisdem in summa Triginta Duorum flore polon coram actis Terrestribus Tykocinen inscriptam quam eadem praesens approbat Nunc denuo octo florenos polon ad eadem bona superrecepit et priori summae adiungit. In qua quidem summa simul iuncta quadraginta flore polon Bona eadem omnia in originali inscriptione specificata tenere habere et possidere modo obligatorio usque ad exemptionem et summae praefatae integram et indivisam exolutionem inscribit. Intromissionem illis officiose acceptandam dat et admittit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Kobylino **Donatio Pieniąszky.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ pfti Comparens Nobilis Albertus olim Joannis Kobylensky de Kobylino Pieniąszki filius Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilibus Martino et Laurentio Kobylenskim filiis olim Stanislai Kobylenski et eorum posteris quartam sylvae sex sulcorum in bonis Kobylino Pieniąszki sitis a granicie Podjedlkowska ad Biam tendentem inter metas Wardaszczynska et Dworaczynska iacen cum sylva et omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis perpetuo dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Dans et admittens eisdem donatariis suis realem intromissionem cum pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos officiose acceptandam. Pacemque tuitionem evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum propinquarum et remotarum cuiusvis sexus status et conditionis existentium per et contra omnes personas tres si opus et necessarium fuerit [illegible] sub damnis Terrestribus simpliciter tacitis et edicendis. Et coram officio praesenti Castren Capitan Branscen in primo citationis termino peremptoria remissione ac satisfactione omnibus in universum iuris remediis et defensionibus Lege absorbendis et abrenuntiandis sub amissione sui et priorum suorum bonis et integrae causae.

Szymborsky **Debitum.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen pfti Comparens Nobilis Albertus olim Alberti Włoczydło Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Mathiae olim Sebastiani Szymborskiy et eius successoribus Tenetur esse debitus Veri certi et liquidi debiti mutuati pecuniae summam Viginti flore polon quam quidem summam submittit se ac de bonis suis omnibus inscribit cum posteris suis eidem Creditori suo sive eius successoribus hinc ad actum praesenti pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime futuro parata pecunia solvere realiter et effective reddere aut coram actis officii praesentis